



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt ieiunium absque cibo luxuriæ obseruari debeat.

Caput XXII.

Non dico hebdomadas, non dico duplicata ieiunia, sed *Ex dictis Hierony.*
 (saltem singulos dies absque ciborum luxuria tran-
 figamus.

Vt quotidianum ieiunium non sit sine refectione ali-

qua Cap. XXIII.

Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectionis facietatem fu- *Ex dictis Pimeni*
 giens. Nihil enim prodest tibi biduo triduoq; transmissio *eremita.*
 vacuum portare ventrem si pariter obruatur. Si compen-
 satur saturitate ieiunia, ilico mens repleta torpescit: & ir-
 rigata terra corporis huius, spinas & carduum germinat.

De eodem Cap. XXIII.

Sint tibi ieiunia pura, continua, moderaque, id est, quoti- *Itē idem*
 die esurire, & quotidie prandere.

Quod ieiunium curat vulnera delinquentis.

Caput XXV.

Noli adhuc aquam bibere, sed modico utere vino pro- *Apstol^o*
 pter infirmitates tuas: curat enim vulnera delinque- *dicit.*
 tis, curatosque sanctificat ieiunium:

De quodam Alcibiade qui sibi graue iugum ieiunii
imposuerat. Cap. XXVI.

Alcibiades quidam erat ex numero eorum qui pro Chri- *Eusebi. in*
 sto victi tenebantur. Hic vitam satis arduam & au- *ecclesiast.*
 steram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantum pane, *historia.*
 & sale cum aqua utebatur. Cum vitæ hunc rigorem vellet
 etiam in carcere positus obtinere, Attalo cuidam seruo Dei
 reuelatum est: quia non rectè faceret Alcibiades creaturis
 Dei, & vellet aliis formam scandali derelinquere. Quibus
 cognitis Alcibiades coepit omnia cum gratiarum actione
 percipere: quia quæ illi reuelabat spiritus ut doceret, huic
 ut sequeretur idem spiritus persuadebat.

De eo qui sub obtentu religionis sine iussu episcopi sui, vel
presbyteri ieiunium sibi imponit. Cap. XXVII.

Vt nemo nisi consentiente proprio episcopo, aut eius *Ex cõcil.*
 missio, ieiunium sub obtentu religionis sibi imponat, *apud Er-*
 vnum diem præ aliis excipiendo, omnimodo interdici- *phesfurt*
 mus, quod & factum displicet, & in futurum fieri prohibemus: *habito,*
 quia plus causa ariolandi esse dinoscitur, quàm supplemen- *præsente*
 tum catholicæ legis. *Hênrico*
reg. ca. 5.